



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 16. Oxoniensis disputatio circa Eucharistiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

mitteretur: verum suffragia, quæ a Communium, ut vocant, Curia hac super re ferebantur, a Proceribus fuere rejecta, & duntaxat in id communi omnium sententia itum est, quod matrimonii Reginam inter, & Philippum in eundi pacta approbarentur, atque articuli supra relati magis extenderentur. Pariter aliud proponebatur decretum, vi cujus illi, qui conventuum, vel aliarum Societatum nuper suppressarum bona aquisierunt, nequaquam in sua possessione, nec a summo Pontifice, nec a quocunque alio superiore turbentur; Verum hæc propositio minime effectui dabatur: quippe superior Curia duntaxat Communi Senatui pollicebatur, horum bonorum possessoribus pro viribus satisfactum iri. His ita dispositis, Sessiones die vigesima quinta Maji solvebantur, Senatus vero auctoritas, postquam ad Reginæ sententiam matrimonii sui negotium fuerat decisum, usque ad undecimam Novembris diem prorogabatur.

§. XVI.

Oxonienfis disputatio circa Eucharistiam.

Cum Protestantes palam quererentur, quod in nupera disputatione, quæ Londini circa Eucharistiæ quæstiones habebatur

Sæc. XVI.
A.C. 1554.

Thuan. l. 13.
num. 2.
Sleid. l. 28.
p. 934.

Sæcul. XVI habebatur, fides ipsis data fuisset vio-
A. C. 1554. lata, eoquod probatiores ipsorum Theo-
 logi in custodia fuissent detenti: ceteri
 vero continuo in proponendis suis ar-
 gumentis interpellati, hinc ut eorum
 querelis fatisfieret, fancitum, ut dila-
 tis Cleri Sessionibus, aliqui præcipue
 Oxonium mitterentur, qui ibidem præ-
 sente Universitate rursus circa quæstio-
 nes controversas disceptarent: insuper
 Regina, ut Cranmero, Ridlejo, &
 Latimero libera esset pro reformatis per-
 orandi copia, eos ex Londinensi turri
 ad Oxonienses carceres transferri præ-
 cepit; hi enim primi duo inter suos
 doctrina eminere dicebantur. Advene-
 rant pariter Oxonium Mense Majo ad
 medium vergente Clericorum Deputati,
 quos inter princeps erat Westonus in-
 ferioris Curiaë hanc in rem convocatae
 Præses, sequenti vero hebdomada tri-
 duanæ disputationi dabatur initium,
 propositis iisdem quæstionibus, quæ
 jam antea Londini fuere agitatae, ni-
 mirum de reali præsentia, Transubstan-
 tiatione, necnon de propitiatorio Missæ
 Sacrificio pro vivis, ac defunctis.

§. XVII.

Cranmerus, Ridlejus, & Latimerus,
tanquam hæretici anathe-
mate percussi.

Prima